

Hispaniae.

Lex metalli Vipascensis.

6891 Centesimae argentariae stipulationis¹. Conductor ea[rum stipulationum² quae ob auctio]]-(2)nem intra fines metalli Vipascensis fient, exceptis iis, quas proc.⁴ metallorum iu[ssu imp. faciet, centesimam a vendito]]-(3)re accipito. Conductor ex pretio puteorum, quos proc. metallorum vendet, cen[tesimam ne exigito]³. | (4) Si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint, nihilo minus venditor ce[ntesimam conductori socio acto]]-(5)rive eius praestare debeto. Conductor socio actorive eius, si volet stipulari a [venditore, is promittito. Conductor] | (6)socius actorve eius⁵ quoque summae, quae excepta in auctione erit, centesimam exigito. [Qui res sub praecone] | (7) habuerit, si eas non addixerit et intra dies decem, quam sub praecone fuerint, de condici[one vendiderit, nihilo minus con]]-(8)ductori socio actorive eius centesimam d. d.⁶ Quod ex hoc capite legis conduct[ori socio actorive eius debebitur,] | (9) nisi in triduo proximo quam debere coeptum erit, datum solutum satisve factum erit, du[plum d. d.]

(10) Scripturae praeconii. Qui praeconium conduxerit, praeconem intra fines praebe[to. Pro mercede ab eo qui venditionem] | (11) X L⁷ minoremve fecerit, centesimas duas, ab eo qui maiorem⁸ X C⁹ fecerit, centesimam exig[ito. Qui mancipia sub praecone venum] | (12) dederit, si quinque minoremve numerum vendiderit, capitularium in singula capita⁸ [X . . . , si maiorem numerum vendi]]-(13)derit, in singula capita X III conductori socio actorive eius dare debeto. Si quas [res proc. metallorum nomine] fisci ven[-(14)det]¹⁰ locabitve, iis rebus conductor socius actorve eius praeconem praestare debeto. Q[ui inventari]um cuiusque rei vendun[-(15)dae nomine proposuerit, conductori socio actorive eius X I d. d.⁶ Puteorum, quos proc. metallorum vendiderit, em[-(16)ptor centesimam d. d. Quod si in triduo non dederit, duplum d. d. Conductor socio actorive eius pignus cape.¹¹ liceto. | (17) Qui mulos mulas asinos asinas caballos equas sub praecone vendiderit in k. l¹² X III d. d. Qui mancipia aliamve quam re[m sub] | (18) praeconem subiecerit et intra dies XXX de condicione vendiderit, conductori socio actorive eius [idem d. d.] |

(19) Balinei fruendi. Conductor balinei sociusve eius omnia¹³ sua inpensa balineum, [quod ita conductum habe]bit in | (20) pr. k.¹⁴ Iul. primas omnibus diebus calfacere¹⁵ et praestare debeto a prima luce in ho-